

INNOCENTIUS episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis . . . abbati Cistercii et universis coabbatibus suis Cisterciensis ordinis salutem et apostolicam benedictionem. Quanto studiosius divine contemplationi^{a)} vacatis devote domino famulando, tanto libentius quieti vestre volumus providere. Cum igitur, sicut porrecta nobis vestra petito continebat, nonnumquam iudices a sede apostolica delegati simplicibus claustralibus monachis ordinis Cisterciensis iniungant, ut excommunicent aut excommunicatos denuntient proprios sui monasterii fundatores seu principes ac alios potentes et nobiles, civitatum, castro|rum quoque ac villarum communia, in quorum territorio^{b)} vel confinio sunt monasteria vestra sita, sine quorum pace | subsistere^{c)} vix potestis, et quod ad villas extra monasterium personaliter accedentes eosdem excommunicatos ab eis singulis die|bus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis accensis publice nuntient evitandos, propter quod quies monastici | ordinis perturbatur et frequenter incurritis odia plurimorum. Nos volentes tranquillitati vestre paterna sollicitudine providere auctoritate | presentium districtius inhibemus, ne quis predictorum absque mandato sedis apostolice speciali aut legati ab eius latere destinati eisdem^{d)} | premissa iniungere ac ipsos ad ea compellere quoque modo presumat, eadem vobis auctoritate^{e)} nichilominus concedentes, ut, si secus, quod non credimus, presump|tum^{f)} fuerit, ipsi eis in premissis non teneantur aliquatenus obedire. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis et concessionis infringere | vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se | noverit incursurum. Dat. Lugduni V non.^{g)} martii pontificatus nostri anno sexto.

(B. D.)

148.

Papst Innozenz (IV.) verfügt zugunsten des Abtes von Cîteaux, seiner Mitäbte und aller Konvente des Zisterzienserordens, daß die Mönche des Ordens ohne vorausgehendes Weiheexamen von Prälaten ordiniert werden dürfen; von dieser Regelung sind jene Mönche ausgenommen, die sich eines offenkundigen Verbrechens schuldig gemacht haben oder einen schweren körperlichen Mangel besitzen.

(1249) März 3, Lyon

a) -i auf Rasur (0,3 cm): Korrektur wohl von erster Hand mit derselben Tinte A.

b) territorio A.

c) pace sub|subsistere (sic): subsis auf Rasur (1,7 cm); Korrektur von erster Hand mit derselben Tinte — Rasur (0,5 cm) am Rand (links von subsistere) A.

d) eis auf Rasur (0,5 cm): Korrektur wohl von erster Hand mit derselben Tinte — Rasur über sd (0,3 cm) und am rechten Rand (0,5 cm) A.

e) Wohl eadem auctoritate nach Rasur (von -m auc-) von erster Hand mit derselben Tinte zu eade(m) vob(is) auctoritate korrigiert A.

f) presu(m)p|tum: diplomatisches Kürzungszeichen über up auf Rasur (0,4 cm); Korrektur von erster Hand mit derselben Tinte — Rasur am rechten Rand (0,5 cm) A.

g) Rasur (0,4 cm) vor non. A.